

huiusmodi curis assiduis pensitanda, quibus  
nauarchi velut exitialibus colubris impalle-  
scunt), quid in magno imperio constituti,  
quos omnes quarta luna genitos crediderim  
non secus ad Igle malam attrahentes, ac cecias nu-  
bes, quantas commotiones quot aestus quas  
tempestates & subitas pcellas in magna mo-  
rum & linguarum disimilitudine, ambienti  
bus undequaque saevis & minacibus hostium  
copijs, non cogitent sibi perferendas? Quod  
ingens regnum, aut que res publica potens diu  
vel exterorum beliorum vel domesticarum  
seditionum fuit immunis: haud quiescit vny  
quam genus humatum, nec statu, quem fors  
obtulerit, contemnit. Quippe natura mor-  
talium in hoc prava dici & existimari debet,  
quod in suo quisque negotio hebetior semper  
nouas res molitur, sperans, si conditione  
fortunae mutauerit, successus meliores ade-  
ptur. Proinde his duntaxata Romanis in  
tot aetatis in tanta annorum revolutione tem-  
plum Iani clausum est, alijs atque alijs bellis,  
veluti capitibus Hydry succrescentibus: quae  
quum aliquando brevi tamen inter ulla con-  
quieissent, ciuilibus discordijs exagitabantur:  
quod malum intestinum citius vel amplissima  
imperia, quam ullus hostis euerit. Por-